



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

IV. Markgraf Woldemar erläßt Anordnungen wegen des Nachlasses der zu Tangermünde, Stendal, Werben, Wollmirstedt und in der Umgegend verstorbenen Geistlichen, am 23. Juni 1310.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

papa Eugenio anno II. Odalrici episcopi uenerabilis secundo electionis et ordinationis illius feliciter, Amen.

Nach Falke, Tradit. Corbecenses S. 768.

III. Die Markgrafen Johann, Otto und Conrad verzeihen der Johanniskirche auf dem Schlosse zu Tangermünde eine Getreidehebung, im Februar 1271.

Johannes et Otto et Conradus, Dei gracia Brandenburgensium Marchiones, omnibus ad quos presens scriptum peruenerit salutem in Domino. Humani generis est, preteritorum obliuisci . . . memoria decet eam uoce testium et litterarum testimonio adiuuare. Hinc est quod notum esse uolumus omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod ecclesie sancti Johannis in castro Tangermunde ad excitationem diuini operis Deo perfectius et commodius faciendam, dedimus unum chorum siliginis, qui in bonis Nicolai, dicti Scemar, jacet, cum omni iuris plenitudine pro nouem marcis argenti perpetuo possidendum. In cuius rei evidens testimonium dari iussimus presentem litteram sigillorum nostrorum appensionibus roboratam. Adhibitis testibus infra scriptis, scilicet Domino Anhelmo de Blankenborch et Domino Bertramo de Bentz, Jo. de Wulsterhusen et Domino Baltone et Domino Gerardo de . . . Datum Borstalin merica, Anno Dni. MCCLXXI^o. . . . bruarii.

Gerden's Cod. II, 349. 350.

IV. Markgraf Woldemar erläßt Anordnungen wegen des Nachlasses der zu Tangermünde, Stendal, Werben, Wollmirstedt und in der Umgegend verstorbenen Geistlichen, am 23. Juni 1310.

In nomine Domini amen. Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis, Lufacie et de Landeberg Marchio, Tutorque Incliti Johannis de Brandemburgh Marchionis, Vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem et de bono in melius proficisci. Quum auctori seruitii eterno uerum etiam factis non solum uerbis sollertius possit et debeat augmentari testante Domino apostolo, qui dicit, Exemplum dedi uobis etc. in quo sane potest colligi nobis ipsius tradita domini Instructio, ut sequamur scilicet uestigia eius, cuius reuera Christi actio nostra dignoscitur fore informatio, et si minimum iubemur extollere, quando dicitur, Quod uni ex minimis meis fecistis, michi fecistis, quanto magis eos quorum supremus ille artifex in sortem suam et ministerium deputare dignatus est, perfecte aliis honoribus et commodis incitabimur, ut temporalibus subsidiis extra sufficienter aduti, excusso omni finistre prauitatis timore intus fiducialius appetant sempiterna. Habita igitur plena et exacta discretorum deliberatione, vniuersis Clericis in Decanatibus scilicet in-

tra Vcht et Tangerang, in Merica, in prato et in antiqua Marchia Stendaliensi residentibus eo duximus prerogatiue priuilegio prouidendum, quamquam idem ipsis de iure communi competere noscatur, cui tamen consuetudo contraria inoleuit et inualuit erumpnosa, quam utpote corruptelam presenti duximus edicto radicitus precipitandam, Statuentes, vt ex nunc et inantea nullus nostro uel suo nomine, nullus patronus nec alius suo nomine, tacite uel expresse, et generaliter nullus quem prohibere possumus, de rebus et bonis Clericorum decedentium, dotis aut Ecclesie in quibuscunque locis depositis se audeat uel presumat de cetero intromittere, uel ausu presumtuoso ingerere, rapere uel usurpare, distrahere uel alienare, immo potius de ipsis et bonis ipsi Clerici disponant pro sue voluntatis arbitrio, in quantum ipsis permittitur fauor iuris. Nam ultime voluntatis arbitrium quod iterum non redit, nullo contrarie prohibitionis iugo consueuere leges limitare, sed usque ad extremum uite exitum ambulatoria permittitur testatoris uoluntas. Approbamus insuper in predictis Decanatus residens condito suo testamento, ut ante duos eligat testamentarios, qui saluti ipsius provideant et singula secundum testatoris uota disponant et exequantur, legata tribuant et debita pro uiribus resoluant facultatum. Adiciamus preterea, vt si aliquis ex Clericis premissis suos uel Ecclesie sue mansos ortos, agros, vineam, stagnum uel talium aliquid locationi iam exposuit pro deputata pensione uel exponet in futurum, huiusmodi locationis contractum, dum tamen rationabiliter initum et celebratum, successor ad terminum uel citra nullatenus retractabit, sed predecessoris uota eatenus adimpleat, quatenus propria in posterum desiderat adimpleri. Vt autem contrariam spreto donatoris beneficio notam ingratitudinis non incurrant, quodque ex huiusmodi nostra liberali indulgentia, alias ex Jure declaratione et consuetudinis contrarie extirpatione quicquam in futuro premii seculo capiamus, promiserunt predicti Clerici et firmo se obligationis ad hoc uinculo adstrinxerunt, quod in premissorum deuotam et in Christo uoluntariam recompensam conuenire generaliter et pro se bis in quolibet anno debent ammodo in octaua scilicet Pasche et in Dominica ante festum beati Michaelis et cum deuotione congrua et sollempnitate decenti uigilias in uespera decantare et in crastino quibus missam pro defunctis cantare uel legere, prout cuilibet diuinitus inspiratum fuerit, et memoriam sollempnem tunc et in omni die dominico de cetero in perpetuum ac perpetuo facere et commendare omnes animas nostrorum progenitorum, vt Deus ipsis concedat pro sua pietate et petentium deuotione lucem et requiem sempiternam. Clerici constituti intra Vcht et Tangerang Tangermundis, constituti in merica in Wolmerstede, constituti in antiqua marchia in Stendal et constituti in prato in Werben . . . ratificent in terminis premissis prescripta omnia et singula deuotissime peracturi. Si uero aliquis ex aliqua malicia uel desidia absens, siue absentie causam legitimam non docuerit, in hunc Decanus absentis penam arbitrariam fulminabit, et si Decanus ipse huiusmodi penam in odium absentis et scrupulum specialem nimium acerbauerit uel extendit, uel ob fauorem . . . rem uel gratiam nimium mitigauit, huiusmodi inordinationem Clerus cuiuslibet Decanatus, uidelicet hii quos ad hoc deputauerint Clerici ipsi, extendent uel restringent pro moderamine rationis. Quicquid uero per huiusmodi absentiam penarum exactum uel extortum fuerit, in opus pium secundum dicti Cleri dispositionem prorsus et protinus conuertatur. Premissa omnia et singula consensu Dyocesani expresse ad id accedente duximus statuenda. Renunciantes quoad nos et heredes nostros legitimos et successores predictae consuetudini, immo corruptele hactenus obseruate litteras per presentes, nolentes eandem ammodo que bonis moribus noscitur inimica ullo unquam tempore reuiuisci nec per contrarium suscitari, omnes eiusdem reliquias penitus amouentes, de predecessoribus nostris, si eidem consuetudini aliqua suggerente fragilitate infudarunt uel annitebantur, ueniam apud eum, qui totius uenie fons est et origo, vna uobiscum suppliciter postu-

lamus. Verum ut huiusmodi indulgio per nos pie facta et concessa ab omnibus patronis et eorundem heredibus vel successoribus dictorum districtuum et a nostris heredibus et successoribus vtpote salutaribus inuolabiliter obseruetur, presentem paginam fieri et sigilli nostri munimine iussimus firmiter communiri. Si quis vero ausu temerario premillis aut alicui premissorum contraire presumerit, componat pro modo culpe et excessus, vtiq̄ue non euadet. Datum Tangermundis, prefato anno Dom. millesimo CCC. decimo, In vigilia beati Johannis baptiste, presentibus ad hoc vocatis et rogatis: Nicolao de Buk, Heinrico de Aluenfleue, Droysekino, militibus, Gernando de buk, famulo, Slotekino, Euerardo, Segero et Hermanno de Luchowe, cum pluribus aliis fide et testimonio (dignis).

Gercken's Diplom. I, 593—599.

V. Herzog Otto von Braunschweig bestätigt der Stadt Tangermünde alle Zusicherungen seiner Gemahlin, am 1. Januar 1320.

Dei gracia Nos Otto, dux in Brunelwich, recognoscimus in hiis scriptis publice et ad vniuersorum noticiam cupimus peruenire, quod omnes gracias seu iusticias discretis viris consulibus et vniuersitati ciuitatis in Tanghermunde nobis dilectis et fidelibus a domina Agnete, conthorali nostra karissima, in suis patentibus litteris indultas, gratas et ratas habemus et ipsis inuolabiliter volumus obseruare. In huius testimonium presens scriptum sigillo nostro fecimus communiri. Datum Anno domini M^o. CCC^o. XX^o., In die circuncisionis domini.

Nach dem Original im Königl. Geh. Staatsarchive zu Berlin. — Klöden's Wolbemar II, 520.

VI. Die Stadt Tangermünde mit den rittermäßigen Einsassen der Vogtei Tangermünde treten der Vereinigung der meisten übrigen Städte und Lande der Altmark für die Aufrechterhaltung der öffentlichen Sicherheit bei, am 21. Dezember 1321.

In Nomine domini amen. Nos militares in aduocacia Tanghermunde constituti, Scabini, Consules Totaque vniuersitas Burgenium ibidem in Tanghermunde coram omnibus presencia visuris siue eciam auditoris recognoscimus publice profitentes, Quod cum honestis Militaribus in Aduocia Soltwedel Constitutis et eadem Ciuitate Soltwedel et reliquis Ciuitatibus scilicet Stendal, Gardelegghen, Sehufen, werben, Osterburch atque cum omnibus militaribus Territoriis in iam dictis morantibus promissimus et nostris Juramentis affirmamus sub hac forma vniformiter concordantes, Quod quicumque in hiis nunc prefixis Ciuitatibus Similiter et Territoriis per Se vellet violenter esse iudex, Recufans et Rennuens nostra Jura primordialia actenus vt ex nunc et ab